

re p̄scie. et hęc est ps bona. Quidā vero sequunt̄ rectitudinē ipsius iusticie. et hęc ē ps melior. q̄ in p̄scia posset quis errare. Quidam vero in iudicando sequunt̄ r̄pamentū mie et hęc est ps optima. Sunt nā q̄ quidā sc̄i qui suā sequentes p̄sciam aliquos sua subtrahūt suffragia q̄ dignos eos nō reputant gr̄a. Deus em̄ iusticiā suā sequi a qua declinare non p̄t. Teneant ḡ qui sequi volunt cū p̄scia vel cū iusticia. Maria aut̄ sp̄ tenebit se cum miā.

De sancto Bernardo.

Sermo primus.

Istū deduxit dñs p̄vias rectas. Sap. 1. Sunt quidā vie circulares p̄ quas vadunt hoīes mundū amantes. ps. In circuitu imp̄q̄ ambulāt. Sunt et quedā vie oblique p̄ quas vadunt hoīes seip̄os diligentes. Cum ḡ amor sit mor̄tus cordis directus in aliū. Illi nāq̄ qui p̄ amorē ad sepuerunt quedā obliquit̄ faciunt. Sed sunt quedā vie recte p̄ quas vadunt deū sup̄ oīa diligentes. Cā n. Recti diligunt re. Per istas vias rectas bernar. iuit qui sup̄ oīa deum dilexit. qd̄ p̄ p̄ quatuor q̄ habuit. Primo nāq̄ habuit aīm sublimē celestiu p̄templatōe. Totus quidē erat in celo. et iō intensi sibi h̄is videbat in mundo. vnde d̄r in legenda. Ita totus in sp̄u absorptus ēv̄t iā nullis sensib̄ vteret̄ corp̄is sicut ponit̄ exemplū de domo tessudinata quā ignorabat. et de fenestris eccl̄e quas non viderat. et de lacu lausaneī. de quo non aduerterat. Refert namq̄ agilius ph̄is q̄ democrit̄ ph̄ilosophus oculos sibi erui fecit. et super hoc triplex cā a poens assignat. Prima est vt meditatōni philosophie libere vacaret. Scda est vt nō videret malos in hoc mūdo flores. Tercia ne visio mulier̄ eius p̄cū piscenā inflammeret. sed beatus bern.

oculos sibi nō eruit corp̄aliter sed sp̄ualiter q̄trum ad oēm vsum illicitū. nam quārum ad secundā cām sibi sp̄ualiter oculos eruit q̄n̄ eius oculi nō erant sibi ad impedimentū. sed ad expeditū interioris p̄templatōis ex eo q̄ ip̄e in creaturis p̄siderabat dei potentia et sapiā ac bonitatem. Et iā ip̄e oculos suos eruit sp̄ualiter quo ad secundā cām. q̄ malos non videbat oculo indignatōis sed p̄passionis. Eruit sp̄ualiter luos oculos quo ad terciā cām. q̄ eas in seīas non figebat. sed oculos suos a seīs auertebar. vnde cū quadā vice in quadā mulierē aliq̄dū de fixos oculos tenuisset. in aquas gelidas se immerfit donec fere exanguis effectus est. Scdo habuit intellectū illuīatū diuinor̄ revelatōe. Quatuor nāq̄ sibi fuerūt p̄cipue revelata. Primo dñice natiuitatis misteriu. Nā in nocte natiuitatis puer ih̄esus sibi apparuit quasi itez aī oculos eius ex vtero m̄ris nascens. Scdm̄ gloria sc̄or̄. Nā cū sc̄us malachias defunctus esset et missa p̄ defunctis cantaret̄ eidē eius gl̄ia est revelata. Tercia noticia futuror̄. Quia nāq̄ futura p̄vidit. sicut p̄ in gl̄iar̄ do suo fr̄atre cui suam p̄uersionē p̄dixit. Quarta sc̄ia scripturaz. quā quidē sc̄iam scripturaz nō habuit per mḡi eruditōem sed p̄ p̄p̄iam meditatōem et orōnem. Vñ d̄r in eius legenda. Quicqd̄ in scripturis didicerat p̄maxime in agris et in filijs meditando et orando se accepisse p̄ferebatur. Aut p̄ diuinā revelatōem. vnde d̄r ibidē. Confessus est aliqui meditant̄ vel orant̄ oēm sac̄ā scripturaz melius exposita sibi apparuisse. Vñ etiā dicit in cann̄. q̄ dum quedā retineret q̄ al̄s didicerat vixit ad eū vox. d. Donec istud tenueris aliud nō accipies. Ex quo balx̄ q̄ ea q̄ dicebat sp̄u sc̄o revelante dicebat et didicit. Tercio beatus ber. h̄uit affectū inflammātū feruenti dilectōe. Nā tā feruenter deū diligebat q̄ in diligendo modum seruare nesciebat.

Unde dixit. Causa diligendi deum. deus est modus sine modo diligere. **T**am feruenter diligebat q̄ totus in amore absorptus erat adeo q̄ nullis iaz sensibus corporeis vtebat̄. Unde ipse poterat dicere cum apostolo ad **Gal. ij.** **U**nio ego iam non ego. viuit autem in me christus. **T**ā feruenter diligebat q̄ omnem amorē illicitum amouebat s̄q̄ amorē cupiditatis terrenor̄. q̄ omnia terrena deseruit et contempsit. Amorem carnalitatis q̄ virginitatem seruauit. Amorem vauitatis contempsit. q̄ multos episcopatus tenuit. **N**on enim potest possideri amor dei cum amore mundi. Unde ipse dicit sup̄ **Psal.** **Q**ui habitat in celis. Erat omnino si quis celestē illam dulcedinem huic cineri. il. d. balsamū huic veneno carismata illa spūs misceri posse cum istis illecebris pariat̄. **T**am feruenter diligebat q̄ oēm amorē illicitam et licitam ad dei amorem referebat. **D**istinguit namq̄ quintuplicē amorem s̄q̄ piūm. iocundum. iustum. violentum et deuotum. **A**mor namq̄ pius ut dicitur est quo amamus parentes. amor autē iocundus est quo amamus socios et amicos. iustus quo amamus vniuersos homines violentus quo amamus inimicos deuotus quo amamus deum. **Q**uatuor autem primos amores beatus bernardus referebat ad quintum. **P**arentes ei amabat scdm̄ deum. unde pater ad religionē adduxit et fratres puerit. et amicos et socios cum quibus puerari consueuerat diligebat in deū. quia eis predicabat et eos conuertebat. **I**nimicos autem diligebat ppter deum. deum autem diligebat ppter seipsum. Unde **Augustinus** **B**eatus est domine qui amat te et amicum in te et inimicum ppter te. Solus enim nullū eorū amittit cui omnes in illo cari sunt qui nō amittit. et tenemo amittit nisi qui dimittit. **Q**uarto habuit affarum plenum potenti sermone. **S**ermo namq̄ eius pote-

state tanta plenus erat q̄ sibi obediebant elementa insensibilia et corda et demonia. **E**lementa quidem sicut patet in pluua. **N**am cum quandam epistolā sub diuo scribi facer̄. subito imber magnus erupit et cum ipse scriptor cartam cōpicare vellet. ait **Bernardus.** **O**pus dei est scribere et non desistat. et sic totam illam epistolam scripsit in imbre sine imbre. **O**bediebant etiam sibi sensibilia. sicut patuit in ipsis muscis quas excomūcavit. **O**bediebāt etiam sibi hominū corda. sicut patuit in militibus rapinas frequēter exercentibz. quibz vinum p̄pinati fecit dicens **B**ibite poculum animarū et p̄tinuo mutati fuerūt. **O**bediebant ei etiam demonia. q̄ ea expellebat scripto suo q̄ cuida demoniace cedula hoc p̄nitemtem misit. **I**n nomine domini nostri ihesu christi p̄cepto tibi demon q̄ ereas ab ea qua cedula ad collū illius mulieris obfesse a demoniorū demoniaceligata statim demon euauit et recessit. **E**nā beatus bernardus demonia expellebat cū suo baculo. sicut patet in muliere a demone infestata. cui beatus bernardus suū baculū tradidit et diabolus ad illam mulierē accedere non p̄sumpsit. **A**liqui etiā suo imperio et sententia sua demonia expellebat. sicut patet in demone quē exp̄cōicauit. **Q**uandoq̄ vero suo responso. **N**ā cū infirmaret et in excessu mentis sue positus ante tribunal dei fuisset adductus demō affuit ipsū accusans. **E**t ille respondit. **F**ateor non suū dignus obtruncare regnū celorū. **S**ed duplici iure illd obtinēs est dominus meus scilicet patris et merito passionis. **A**ltero ipse p̄ntet aliter mibi donat.

De eodem Sermo. ij.

Dilectus deo et hominibus cuius memoria in benedictōe est. **Ecc̄. xlv.** **Q**uidam diligūt a deo sed odiunt ab hominibz. **Luce. xxi. capitulo.**

Etis odio hominibus propter nomen meum.
Quidam vero diligunt ab hominibus sed
 a deo odiuntur. **Jaco. iij.** Quicumque voluerit
 esse amicus huius seculi inimicus dei
 constituitur. **Q**uidam vero odiuntur a deo et ab
 hominibus sicut superbi. **Eccles. iij.** Odibilis coram deo et hominibus est superbia. **Q**ui
 dam diligunt a deo et diligunt ab homini-
 bus sicut beatus bernardus. de quo in pre-
 missis principalibus verbis duo proponuntur.
 scilicet meritum eius cuius dicitur. **Dilectus deo et ho-**
minibus. et premium cum subditur. cuius me-
 moria in benedictione est. **C**irca primum
 notandum quod multiplici ratione mouetur ho-
 mo ad diligendum aliquid. **D**iligunt enim
 aliquid quod bonum. quod pulchrum. quod honestum
 quod utile. quod delectabile. et quod simile. **I**n deo
 autem omnes iste rationes sunt. et ideo sum-
 me diligendus est. **I**n eo quippe est sum-
 ma bonitas. **Matth. xj.** Nemo bonus nisi
 si solus deus summa speciositas. **Sapi.**
vij. Speciosior sole est. **U**nder agnes di-
 citur. **C**uius pulchritudinem sol et luna mira-
 mur. **S**umma honestas. **Sap. vij.** Done-
 siatem illius non abscondo. **S**umma utilitas.
Sap. vij. Venerunt mihi omnia bona
 pariter cum illa. **S**uma delectabilitas.
ps. Delectationes in terra eius. et in
 nature formitas. **Philipp. ij.** In simili-
 tudinem hominis factus et habitu inuentus
 ut homo. **B**eatus vero **Bernardus** propter
 tria prima fuit dilectus a deo. et propter
 tria sequentia fuit dilectus ab hominibus.
Primo namque a deo fuit dilectus. quod ha-
 buit bonitatem in affectu. **A**ffectio namque
 bona est voluntas que tunc est bona quando
 gaudio et dolore. spe et timore est ordinate
 affecta. **U**nde **aug.** in libro de patientia
Voluntas bona. id est voluntas deo fideliter
 subdita. voluntas sanctitate superni amoris
 accensa. voluntas que deum diligit. et pro-
 ximum propter deum. siue amore de quo re-
 spondit petrus. **T**u scis domine quod amo te. si
 uer timore de quo dicit apostolus. **I**n timore

et tremore vestram salutem operamini. si-
 ue gaudio. de quo dicit idem. **S**pe gaudete
 res. **S**ive tristitia qualem dicit se habuisse
 pro fratribus suis quocumque amara et aspera
 sufferat. **C**aritas namque dei est que omnia tole-
 rat que non diffundit in cordibus nostris nisi
 per spiritum sanctum qui datus est nobis.
Secundo fuit dilectus a deo. quod habuit pul-
 chritudinem siue puritatem et in intentione
Intentio autem in mente est sicut oculus in
 capite. **O**culus namque debet esse purus.
 simplex et rectus. **T**unc enim oculus inten-
 tionis est purus quando est sine pulvere et sine
 terrena cupiditate. **T**unc est simplex quando est
 sine duplicitate. id est quando oculum intellectus
 ad deum dirigimus per fidem. et oculum affec-
 tus per amorem. sed quando affectum dirigimus
 ad mundum et intellectum ad deum tunc est du-
 plex. **T**unc autem est rectus quando non obliqui-
 tatem. sed directe ad deum dirigimus et cor-
 da et opera nostra. ideo precipitur. **Leui. xxiij.**
 ne offerat luscus. aut lippus. aut maculam
 habens in oculo. **L**uscus enim est qui ha-
 bet in intentione obliquitatem. **L**ippus qui
 habet duplicitatem. **M**aculam habet qui
 habet pulverem. id est cupiditatem. **T**ercio ver-
 o fuit dilectus a deo. quod habuit honestatem
 in cogitatione. **P**rouer. xij. **C**ogitationes iu-
 storum iudicia. quia scilicet inter suas cogitati-
 ones iudicia exercent. quia malas expel-
 lent et bonas retinent. **D**icit autem **criso-**
stomus. quod homo bonus secundum voluntatem anime bo-
 nus est. secundum naturam vero carnis malus
 et ideo possunt inesse cogitationes bone et
 male. **M**alus autem homo et secundum volun-
 tatem carnis malus est. et secundum volun-
 tatem anime perversus. et ideo non potest ha-
 bere nisi malas cogitationes. **D**icit autem
pri. **N**acha. j. quod antiochus precepit ydo-
 lum abominabile super altare poni et ab
 omnibus adorari. et sabbatum non cele-
 brari. **T**unc ydolum super altare ponitur.
 quando in corde praua suggestio dominatur.
Tunc adoratur quando usque ad consensum

De Sancto

animus peccato adhaeret vsq; ad cōsen-
sum peccati perhibet. Et sic sabbatum nō
celebrat q; animi quies amittit. **¶** Scđo
fuit utilis in predicatione. **¶** Thimo. iij.
¶ Omnis scriptura diuinitus inspirata vtil
est ad docendū et ad arguendū et ad cor-
ripiendū et ad erudiendū. Sic beatus
bernardus p suam doctrinam docebat ig-
norantes. arguebat negligentes. corripie-
bat delinquentes et erudiebat penitentes.
¶ Scđo fuit delectabilis et amabilis in cō-
uersatione. **¶** Prover. xvij. Vir amabilis
ad societate magis amicus erit q; frater.
Prelatus namq; debet esse mansuetus in
pseruando. seuerus autem in corripiendo
dulcis autem et pius in ppariando et mise-
rando. nam in archa moysi cum virga rec-
titudinis fuit māna dulcedinis. Et sama-
ritanus cum vino mordacia reprehensio-
nis infudit oleum pie ppassionis. **¶** Legit
ij. Reg. j. q; salomon in regem inungē-
dus sup mulaz fuit positus que ex equa
et asino pcreatur. In equa ferocitas et in
asino simplicitas inuenit. Asula autem
cum ferocitate equina habet simplicitate
asininam. Per quod dat intelligi q; pre-
latus cu ferocitate rectitudinis debet ha-
bere simplicitate mansuetudinis. **¶** Tercio
fuit nobis similis p humilitate. **¶** Ecc. ij.
Quanto maior es humilia te in omnib;
Prelatus aut coram deo sp debet se hū-
liare in omnib;. Et coram subditis qñq;
debet se humiliare in omnib;. aliquñ in ali-
quib;. aliquando vero in nullo. Quidaz
nāq; duci possunt p lenitatem. sed nunq;
p asperitatem. Coram istis debet se humi-
liare prelatus in omnib;. Unde grego. na-
zanzenus. Aliquos lenitate curare debe-
mus alios autem humiliare. Alij namq;
sunt duri et superbi qui ex mansuetudine
prelati peiores efficiunt. Coram istis nō
debet eoz supbiā frangere. Alij autē sunt
debet se prelatus in aliquo humiliare. sed
qui medio mō se habent qui sc; ex nimia

Bernardo

seueritate frāgunē. vel nimia lenitate sol-
uuntur. Et coram istis deb; se prelatus hu-
miliare in aliquib;. nō autem in omnib;.
Tales enim indigēt temperamento. De
quo dicit Grego. Faciendum est namq;
quoddam temperamentū vt nec nimia
asperitate exulterent subditi. nec etiam ni-
mia lenitate soluant. Hinc est q; basib;
templi erāt sculpti leones et boues. Per
basem prelatus intelligit qui debet popu-
lum sustentare i quo debet esse auctoritas
vt seuerē corripiat. et maturitas vt miseri-
corditer demulceat. Secundo subdit pre-
mium. cum subiungit. Cuius memoria
in benedictione erit. **¶** vbi duplex pmiū
ponit. sc; memoria et gloria. Quia enim
fuit dilectus ab hominibus est modo me-
moriam. quia fuit dilectus a deo modo in-
celesti gloria. De memoria sanctorū dicit
Ecclesi. quadragesimo nono ca. Memo-
ria Josie in compositione odoris facta o-
pus pigmentarij. in omni ore quasi mel
indulcorabit eius memoria. et vt musica
in conuiuio vini. Memoria quidem san-
ctorum delectat nostrū olfactū ad odoran-
dum. ideo assimilatur opri pigmentarij.
Delectat os ad loquendum. ideo assimi-
latur meli. Delectat aures ad audiendū
ideo assimilatur musice. **¶** Secundo habu-
it celestem gloriam. ideo subditur. Simi-
lem illum fecit in gloria sanctorū. Est au-
tem duplex gloria. Una est gloria essenti-
alis que dicitur aurea que consistit in dei
visione in qua delectabuntur omnes sen-
sus. Erat enim speculum visui. melodia
auditiui. balsamum olfactui. mel gustui.
Flos suauissimus tactui. Alia est gloria
accidēialis que dicitur aureola. que qui-
dem dabitur martiribus. virginibus. et
predicatoribus. In veteri namq; testamē-
to tria fuerunt que habebant aureolam.
scilicet altare. archa. et mensa. Per altare
significantur sancti martires qui de cor-
poribus suis deo sacrificium obtulerunt.

Per archas que intus et extra fuit deaura
ta significant virgines que habuerunt pu
ritatem in mente. et integritatem in carne.
Per mensas autem intelliguntur predicator
es qui steterunt ad mensam sacre scriptu
re. de qua dicitur in ps. Parasti in conspe
ctu meo mensam rectam. Et quod beatus bernar
dus fuit valde perfectus. ideo habuit au
ream. et quod fuit virgo incorruptus. et pre
dicator graciosus. ideo duplicem tenet au
reolam.

Eodem die. Sermo. iij.

In fide et lemitate ipsius sanctus
fecit illum et elegit eum ex omni car
ne Sap. x. Ex his verbis habet
tur quod beatus bernardus quatuor specia
les prerogativas habuit. Nam in corpore
et in corde magnam habuit puritatem. quod
notat cum dicitur in fide Fides namque habet
purificare. iuxta illud Actuum. xv. Fide pu
rificans corda eorum. In puerfatione habuit
magnam humilitatem. quod notat cum
dicitur In lemitate. In vita habuit magnam
sanctitatem. quod notatur cum subditur. San
ctum fecit illum. In corpore suo nullam ha
buit carnalitatem. ideo subditur. Et elegit
eum ex omni carne. Deus enim ab omni car
nalitate eum elegit et totaliter separavit.
Primo igitur habuit magnam puritatem
quia se virgo corpore et mente fuit Casti
tas autem est magne virtutis quando quis
eam servat et ab hoste temptatus et a car
ne illectus et ab exterius provocatus. San
ctus autem bernardus si ab hoste temptabatur
omnes temptatores fugabat Unde dicitur
de eo. perpendens periculum esse cohabitare
re serpenti fugam meditari cepit et ordinem
introiit. Si autem a carne allicebatur ipsam
prius macerabat. Unde cum adhuc esset
adolescens et in quadam femina oculos
defixos habuisset et aliquod diu tenuisset. et
in stagnum gelidarum aquarum se immergit
donec pene eranguis effectus est. Si vero
ab exterius provocabatur. totis viribus

resistebat. Sicut patet de puella que se in
lectum suum iniecit. et de hospita que ip
sum allicere voluit. Secundo habuit in
puerfatione magnam humilitatem. Unde
de eo legitur. Vixit in eo sublimitatem
nominis humilitas cordis. nec tamen pote
rat eum universus erigere mundus quan
tum seipsum deicere solus. Signum autem
magne humilitatis fuit quod pluribus civita
tibus in episcopum electus semper contradixit et re
pudiavit. Legitur Iudicum. viij. quod ligna
filiarum venerunt ad olivam. ficum. et vitem ut
se congererent sibi regem. Per olivam ficum
et vitem intelliguntur religiosi qui debent ha
bere oleum passionis et misericordie. et dul
cedinem scientie. et vinum spiritualis le
ticie. et sacre scripture. Sed cum promoven
tur inter ligna filiarum et turbas populorum
amittunt passionem. quod efficiuntur val
de avari. Amittunt scientie dulcedinem
et efficiuntur parum scientiosi. Amittunt
leticiam spiritalem et predicandi fervorem
quod efficiuntur valde indevoti. Tercio in vi
ta habuit magnam sanctitatem Unde de
eo legitur. Semper autem inveniebatur
aut orans. aut legens. aut scribens. aut me
ditans. aut fratres verbo edificans. Sig
num autem magne sanctitatis et perfectionis
erat quod ipse per christum mortis toris desiden
tis affectabat. Unde legitur Apocalyp. xij
Signum magnum apparuit in celo. Vuli
er amicta sole recte. Per solem intelliguntur
celestia. per lunam vero que crescit et decre
scit intelliguntur terrena. Per duodecim stel
las intelliguntur duodecim apostolorum exem
pla. Sancti namque viri amici sunt sole
id est celesti puerfatione. Lunam habent sub
pedibus id est temporalia sub affectibus. Co
ronam duodecim stellarum in capite. id est exem
pla apostolorum in mente. Nec namque mulier
cruciat ut pariat. ut scilicet deponat cor
ruptionis servitute pariat novum homi
nem in statu glorie. Roma. viij. Omnis
creatura ingemiscit et parturit usque adhuc

Alii autem religiosi habent lunam in capite. i. temporalia in affectione solem sub pedibus. i. celestia in despectu stellarum. xij. in corpore. i. apostolorum exempla in exteriori puerlatione. Quarto in corpore nullam habuit carnalitatem. Ipse enim corpus suum macerabat et affligere solebat ieiuniis. vigiliis asperis vestimentis et quibus pluribus alijs penis. Unde de cibo eius sic legitur. Ad comedendum vir voluptate trahatur appetitus. sed solo timore defectus sic accedebat ad sumendum cibum quasi ad tormentum. Solum autem aquam frigidam sibi saepe dicebat eo quod dum eam sumeret fauces sibi refrigeraret. De ei? vigiliis sic legitur. Vigilabat seruus dei ultra possibilitatem humanam. Nullum enim tempus se magis coqueri perdere solebat quam illud quo dormiuit. Sancti namque viri in bonis operibus et orationibus semper vigilantes ne ipsa mors ipsos impetatos inueniat. Mat. xxiij. Vigilate et orate. quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. quod est propter illos qui tamen in morte se preparare volunt. quod fieri non debet sicut ostendit Christus. per tria exempla. Primum est quia sponsa expectans sponsum. prius se ornat. Nam si tamen in aduentum sponsi se ornaret sponso plurimum displiceret. Secundum est quia strenuus miles semper debet habere arma sua preparata ut cum tempus belli adueniret ire possit ad prelium. Qui autem gladium euaginnare dimiserit. loricae fordesce. scutum frangi non poterit celare negligentiam cum ingens necessitas non permittit longi temporis opus implere. Tercium est. quia malus seruus absente domino opera sua non aspiciunt et negligentem operatur. sed cum viderit dominum suum venientem incipit festinare sed nihil proficit. Festinatio vero huiusmodi quia multorum dierum negligentia non potest vna hora expleri. De eius vestimento sic legitur. In vestibus semper ei paupertas complacuit sordes vero nunquam. cilicium multis

annis portauit quam diu occultum esse potuit. sed ubi cognitum esse sensit. illud remouit habens in ore sepe illud puerbium. Quia hoc facit quod nemo miratur omnes. Sancti enim viri sibi cauent a varietate ciborum et vestimentorum. quia ibi non deest peccatum. Hieronymus pro Ioviniano. Recte in tanta diuersitate victus aut vestitus necesse est hic aut ibi esse peccatum. non quod in cibo vel in vestibus asseram peccatum esse. sed quod varietas et promutatio in deterius reprehensionem prima fit. quod autem reprehenditur procul est a virtute. quod autem a virtute procul est vicio incipit. quod vero viciosum est peccato iungitur. quod tandem peccatum est in sinistra et hircorum grege describitur.

De eodem

Sermo. ij.

Nemo accendit lucernam et in abscondito ponit etc. Luce. v. alias viij. Beatus bernardus fuit lucerna super candelabrum posita. quia omnibus fuit per doctrinam. per vitam et famam. Fuit autem ad laicos et fuit ad religiosos. Laicorum autem quatuor erant genera. scilicet tyranni ecclesiam persequentes et inter istos fuit per magnam instantiam sicut patet inducere aquitanie. qui cum ecclesia persequeretur beatus bernardus post missam cum christi corpore ignea facie ad eum accessit dicens. Ecce ad te venit filius virginis quem tu persequeris. Resiste ergo ei si valles. Statimque durus ille ad pedes beati bernardi accessit et sibi in omnibus et per omnia obediuit. Summe iter. ij. Regum. x. legitur quod david misit nuncios ad regem amon sed illi dimidiam barbaram eis raserunt et vestes preciderunt. david autem exercitum fecit et eos commouit. Huncque david sunt clerici et prelati. filij amon sunt demones vel principes mali. due partes barbe sunt vita et scientia vel ordo vel ecclesiastica beneficia. Demones igitur dimidiam barbaram radunt quando scilicet vitam tollunt et scientiam

dimittunt. Tyranni etiam mediam barbā
radunt quando auferunt substantiā rpa-
lem et dimittunt eis ordinē clericalē. Sicut
et dauid qui interpretat manu fortis. id ē
bonus prelatus debet habere audacē ani-
mum ut tales non timeat. debet habere im-
periosum verbū ut scilicet eos reprehendat et ex-
communicationi subiiciat. et debet habere
hominis prelatus manū fortem. ut etiam p-
brachiū seculare etiam si opus fuerit coer-
ceat. Alij erant eius inimici eum indebite
psequentes inter quos fuit per patienti-
am. Distinguit autē ipse triplicē gradum
patientie. Unus est ad iniurias verborū et
hic est magnus. Alius est ad damna res-
p- et hic gradus est maior. Tercius gradus
patientie est ad contumelias verborū. et hic ē
maximus. Istum triplicem gradum ipse
ostendit. Nam ipse fuit patiens ad iniuri-
as verborū. Nam cum cuidam epō de sua
correctōe amabilius scripsisset. ille indi-
gnatus rescripsit salutē et non spūm blas-
phemie. sed tamen in nullo p-motus sibi rescri-
psit. Ego spūm blasphemie in me habere
non credo. Fuit etiam patiens ad damna
res- Nam cum quidam abbas trecentas
marcas sibi mitteret pro vno monasterio
pstituendo tota illa pecunia a predombo ē
sublata. Quod audiens nihil aliud respon-
dit. nisi benedictus deus qui nobis pper-
cit ab onere. Fuit etiam patiens ad contu-
melias verborū. Cum enim quidā eum in
maxillā percussisset. vir dei circūstans ad-
iuravit ne tangere sed in pace dimittere-
tur. Alij namq- erāt humiles et deuoti. in-
ter eos humardus fuit per benignitā. Unde
dicitur in eius legēda. Inter sum-
mos honores ut sepius fatebatur alteruz
sibi inuicem hominem videbatur. scilicet po-
tius reputabat absentem velut quoddam
somnia suspicatus. ubi vero inter simpli-
ciores erat et amica recebat hūiliare frui-
bi se inuenisse gaudebat et in p-riā redisse
personā. Debent namq- prelati ad subdi-

ros beniuoli esse. et eorū infirmitatib- con-
descendere. *Thre. j.* *Vedi te hodie in ciui-*
tatem muram. ut scilicet fugientes ad te re-
cipias per passionem. et columnam fere-
am. ut sustentēs pauperes et infirmos per
beneficiorū exhibitionem. et in murum ene-
um ut oppressos protegas per defensionē
Alij autem erant ad verba sua valde au-
di. et inter istos fuit per magnam gratiā
Unde mater vidit se in vtero habere catu-
lum totaliter candidum. et in dorso subru-
fum atq- latrantem. Ipse namq- fuit ca-
rulus et hoc inq-rum lingua sue predicari
omnis peccatorū vulnera sanauit. fuit candi-
dus inq-rum puritatem mentis et corporis
seruauit. Fuit subrufus inq-rum igne ze-
li succensus. Et fuit latrans scilicet inq-rum
ipso tyrannos redarguit. et hereticos a
grege dei p-secuit. Secundo ista lucerna
fuit inter religiosos. et hoc per quinq- ra-
dios. Primus est q- laycos ad religiōis
habitum puerbat. et hoc doctrinis. mira-
culis. et exemplis. Doctrinis quidem si-
cut fratres carnales quos verbis saluta-
rib- ad religionem adduxit. Miraculis.
sicut patet in glxardo fratre suo in carce-
re posito quem miraculose extraxit. et ad
ordinem adduxit. Exemplis. prout pa-
ter in quodam nūcio ab archiepiscopo ad
ipsum transmissio. qui quidē nūcius vi-
sa tanta vita beati bernardi sanctitate secu-
lo ualefecit et religionem introiuit. Secū-
dus est. q- nouicios carnalem affectum re-
linquere satagebat. Unde dicebat eis Si
ad ea que intrus sunt festinans hic foris
dimittite corpora que de hoc seculo attuli-
stis. Soli namq- spūs ingrediant. Ca-
ro autē non pdest quicq-. Religiosus em̄
non debet portare ad religionem corpus.
id est corporalem voluntatem. ut scilicet
ppter ventrem pascendum ingrediat. sed
reuera de multis potest dici illud *Thre-*
mie. ij. *Replebo hominibus terram max-*
quasi bruceo. Bruceus totus est in ventre.
B. j.

et fructum nullum facit. Et aliqui in tanta sunt multitudine ut solem obscurare videantur. **H**odie enim sic etiam multi religionem intrant ut ventrem pascant et nullam utilitatem faciant et malo exemplo bonos obumbrant. Non debet etiam religiosus ad religionem portare corpus. id est carnale siue propriam voluntatem. **U**n Seneca. **T**antum virtuti adiciat quantum proprie voluntati subtrahat. Nec etiam religiosus debet ad religionem apportare corpus. id est carnale parentum amorem. **G**en. xxiij. Egredere de domo patris tui. **T**ertius gradus siue radius per quem fulsit ista lucerna. id est pro fessos virtutibus et moribus informabat. **T**ria enim in vita sua seruauit et docuit quod moriens dereliquit dicens. **T**ria vobis ob seruanda relinquo que siquidem ego pro vobis obseruauit. **N**eminem vero scandalum feci. minus sensui meo quam alterius credidi lesus de ledente vindictam non expetii. **E**cce caritatem humilitatem et obedientiam vobis relinquo. **D**ocebat namque ut nullus verbis contumeliosis alium scandalisaret vel mala diceret. **L**egit namque **D**eutero. xxvij. quod filij concubinarum iacob electi sunt ad maledicendum. filij vero liberarum ad benedicendum. **P**er quod datur intelligi quod maledicere et contumelias inferre est vilius personarum et ergo de eis non est curandum. **D**ocuit etiam humilitatem et relinquere propriam voluntatem. **E**ccl. xvij. **P**ost percipiscientias tuas non eas etc. **D**ocuit patientiam similiter. **L**uce. xxi. **I**n patientia vestra possidebitis animas vestras. **E**t propter ista tria dicit abbas ioseph. quod tria sunt honorabilia coram deo. scilicet patientia in infirmitate obedientia sine propria voluntate et bona operatio cum munda intentione. **Q**uartus est quod reprobos consolacionibus et orationibus refouebat. **U**nde cum quidam monachus reprobus diceret. nunquam amplius letus ero beatus bernardus taliter eum consolatus est et tam feruenter pro eo orauit quod ille tandem ait

Nunquam amplius tristis ero. **D**eus enim non permittit de nouo peruersos grauius temptari. **U**nde **G**reg. distinguit tres status conuersorum qui sunt inchoatio. medietas. et perfectio. **I**n inchoatione veniunt blandimenta dulcedinis. in medio veniunt certamina temptationis. ad extremum venit perfectio plenitudinis. quod sponsam suam quilibet vir primo dulcibus blandimentis fouet et allicit. quam coniunctam asperis increpationibus probat. probata securis cogitationibus possidet. **Q**uintus est quia apostatas reuocabat. sicut patet in diuersis et pluribus apostatis quos recepit. **U**nde legit. i. **R**egum. xvij. quod filij israel videntes se in antro vel spelunca positos. quidam eorum absconderunt se in speluncis. et quidam se absconderunt in abditis. et quidam in cisternis. quidam autem transierunt ad philisteos. quidam remanserunt cum rege suo saule. **S**ic etiam israelite. id est religiosi quando in antro penitentie et abstinentie sunt positi. quidam eorum ire volunt ad hospitium et isti abscondunt se in abditis quidam exire volunt scilicet extra ad solacium et refrigerium. et isti abscondunt se in cisternis. quidam transeunt ad philisteos id est ad seculum. **B**oni autem religiosi remanent cum christo et suo prelato. contra philisteos. id est contra demones fortiter dimicantes.

De sancto Bartholomeo apostolo
Sermo primus

Quicumque bono
rificauerit me glorificabo eum. i. **R**eg. ij. **M**agna siquidem dei liberalitas qui pro modico honore quem sancti sibi exhibent in terris. ipse deus eos glorificare dignatur in celis. **T**alis fuit beatus **B**artholomeus qui deum honorificauit. et ideo deus ipsum glorificauit et glorificare dignatur. **I**n premissis ergo verbis duo commumiter tangi et notari possunt. **P**rimo